



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXIV. Markgraf Ludwig bestätigt die Fundation eines Altars zu Salzwedel zu Ehren des Bartholomäus und der heiligen drei Könige, welcher mit einigen von Günzel von Bartensleben erkauften Hebungen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXXIV. Markgraf Ludwig bestätigt die Fundation eines Altars zu Salzwedel zu Ehren des Bartholomäus und der heiligen drei Könige, welcher mit einigen von Günzel von Bartensleben erkauften Gebungen dotirt ist, am 28. Januar 1359.

Ad perpetuam rei memoriam Noueritis vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludewicus Romanus — dedimus proprietatem septem chororum siliginis annuorum reddituum sitorum in molendino Antiquae ciuitatis nostre Soltwedell, quod nunc tenet et possidet quidam dictus lippoldus, ad fundandum et dotandum cum eisdem septem choris vnum altare in honorem et laudem omnipotentis dei nec non Beati Bartholomei apostoli et beatorum trium regum in ecclesia Beate Marie virginis prope ianuam contra scholas ibidem in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum et antecessorum nostrorum —, quos quidem septem choros discretus vir Johannes Zelfingh, Ciuis noster in Soltwedell fidelis dilectus, a strenuo viro Guntzelino de Bertensieue sua pecunia comparauit, qui eos a nobis in verum pheidum tenuit et possedit et eos in presenciam nostra resignauit ad usum et vtilitatem dicti altaris solempniter et expresse. Jus patronatus — dicti altaris ad eundem Johannem Zelfingh quam diu vixerit pertinere debet. Quo defuncto dictum iuspatronatus ad seniore[m] descendentem de linea consanguinitatis ipsius masculi uel femini sexus dum in Soltwedell ciuis existat. Mortuo vero eodem Johanne et omnibus et singulis de linea consanguinitatis ipsius descendentibus presatum Juspatronatus ad seniore[m] descendentem de consanguinitate et linea quondam honeste matrone Vde, vxoris eiusdem Johannis Zelfingh, filie Lenekini de Wopelde perpetue permanebit et persona quecunque ydonea, que pro tempore fuerit legitime presentata ad id prenotatum altare — — quolibet die ad ipsum altare celebrabit ad vnam missam sicut exigentia diei postulat et requirit. Qui si per spacium — vnus mensis neglexerit ad ipsum missam celebrare cuius negligencia cum patroni noticiam peruenerit extunc idem patronus sine contradiccione qualibet ad dictum altare presentare alium poterit et debet — — — Testes huius sunt Magnificus princeps Albertus, dux Magnopolensis, focer noster, ac strenui viri Petrus de Bredow, Camere nostre magister, Johannes de Rochow, Curie nostre Judex, Marquardus Luterpach, milites, Henricus de Schulenburg, famulus, et Nicolaus Bismark et Tidericus Morner, pronotharius noster, prepositus in Bernouwe, cum aliis pluribus fide dignis. Datum et actum Hauerberge, Anno M^o. CCC^o. quinquagesimo nono in octaua Beate Agnete virginis.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 14.

XXXV. Günzel, Herrn Bussen Sohn, und Günzel, Günthers Sohn, und Bertha, Günthers Wittwe, schenken dem Kloster Marienthal zwei Theile des Zehnten von Mikmestorp zu Seelmessen für Günther, Gysela, Günzels verstorbene Frau, und Bertha von Bartensleben, im Jahre 1359.

Nach dem Originalte im Wolfsburger Archive.